

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diabolus i
cum fonte primo

Demones triplici acumine presciencie uigent,
scilicet subtilitate nature, experientia temporum,
reuelacione superiorum potestatum.

Ysidorus libro I. de summo bono.

- Praeuaricatores angeli,
etiam sanctitate amissa,
non tamen amiserunt uiuacem creaturae angelicae sensum.
- ← Triplici enim modo praescientiae acumine uigent,
id est subtilitate naturae, experientia temporum,
reuelacione superiorum potestatum.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 1.10.17
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.35, ll.113-117).